Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26083
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Viros.
Viri intrantes filii generis abrahe. et qui inter vos timentes deum. vobis sermo salutis hiesu missus est. Qui enim habitant in hierusalem. et principes eius hoc ignorantes eum et sermones prophetarum qui per omne sabbatum leguntur. adiudicantes eum impleuerunt nescientes. Quem cum suscitasset eum tertia die a mortuis. et visus est per dies. xl. qui simul ascenderunt cum eo de galilea in hierusalem. qui usque nunc sunt testes eius ad plebem. et nos vobis annunciamus eam quae ad patres nostros promissio facta est. quam deus hanc adimpleuit filiis nostris resuscitans. Ihesum quem et scriptum est in uno psalmo filius meus es tu hodie genui te. Quod autem suscitauit eum a mortuis. iam non reuertens ultra in corruptionem. sic dixit quia dabo uobis sancta dauid fidelia. Propter hoc et alio dicit non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Nam dauid quidem cum in sua generatione seruisset consilio dei. dormiuit et adiectus est ad patres suos et uidit corruptionem. Quem autem deus suscitauit non uidit corruptionem. Notum igitur sit uobis uiri fratres quia per hunc uobis remissio peccatorum annunciatur. ab omnibus quibus non potuistis in lege moysi iustificari. In hoc omnis qui credit iustificatur. Videte ergo ne forte superueniat super uos quod dictum est in prophetis. Videte contemptores et admiramini et disperdamini quia opus operor ego in diebus uestris opus quod non credetis si quis enarrauerit uobis.

Exeuntibus autem illis rogabant ut sequenti sabbato loquerentur ad eos hanc sermonem. Cum autem dimissa esset synagoga multi iudeorum et adiunctorum gentilium. Qui uidentes multitudinem iudeorum repleti sunt zelo et contradicebant a paulo blasphemantes. Blasphemare enim est quod ex iudaeis obloquitur. Tunc repleti zelo dixerunt paulus et barnabas. et constanter dixerunt. Vobis oportebat loquimur primum uobis dicere. Quoniam dicentes. Ecce nos conuertimur ad gentes. Et nota cum hoc legatur de paulo hic. et barnaba in antiochia pisidie. quia non in iudea est. sed in grecia. in primis quibus locis legitur dem abiisse in iudea. sed cum uellent transire ad gentes. per quod per xii. annos predicauerunt in iudea. Ecce enim moueat te. quia potuit utrique dici Sic. et. praecepit nobis dominus. posui te in lucem gentium. ut sis eius in salutem. usque ad extremum terre. Et sic in ysaia. ubi pater ad filium. ac si diceret pater filio. misi te ut per tenebras infidelitatis. usque ad finem terre gentibus disseminares lucem ueritatis. Sed cum spatium sit dies. non est mirum quod legitur de paulo. quia tanta est unio capitis et membrorum. ut quod de eo est capiti. membra de eo repetent sibi. Sic caput ipse. persecutionem membrorum reputat inflicta sibi dicens. Saule saule. quid me persequeris.

Audientes autem gentes mentionem de salute sua gauisae sunt. et glificabant dominum. et crediderunt multi ex eis. Iudei autem zelo. id est liuore iudie